

**Dissertatio Juridica Inauguralis, De Commendatione, In Specie Ad Jus Lubec.
Lib. III. Tit. X, Art. Un. Qva Verba: Welcher den Fremden loben that ... : In
Academia Buetzoviensi, Anno MDCCLXIII. d. [] Octobris**

Buetzovii: Typis Johannis Gotthelfi Fritzii, [1763]

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1854273876>

Druck Freier  Zugang



Universität Bützow
Jur. Fak. 1763
Mantzel/Burchard

Bützow 088

1762 Oct.

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,
DE
COMMENDATIONE,
IN SPECIE
AD JUS LUBEC. LIB. III. TIT. X.
ART. UN.

QVA VERBA:

Welcher den Fremden loben that:

QVAM,

DEO PROPITIO,

CONSENTIENTE AMPLISSIMO ICTORUM ORDINE,

IN ACADEMIA BUETZOVIIENSI,

ANNO MDCCLXIII. d. *Octobris,*

PRAESIDE,

DN. D. ERN. JO. FRIED. **Mantzeln,**

SEREN. DUC. REGN.

CONSILIARIO CANCELL. ET CONSIST. IVRIS PROF. ORD. COM. PAL. CAES. ET
COLLEGII IVRID. SENIORE ATQVE H. DECANO,

STUDIORUM SUORUM PROMOTORE
COLENDISSIMO,


PRO IMPETRANDO GRADU DOCTORIS,

H. L. Q. C.

DEFENDET,


JO. GOTTLIEB. **Burchard,**

ROSTOCH.



BUETZOVII

TYPIS JOHANNIS GOTTHELFI FRITZII, SEREN. PRINC. AUL. ET
ACADEM. TYPOGR.



PRAEFATIO.



Novi, quod gradus academici in jure non facile absque prævía disputatione, publice defendenda impetrentur, hinc volui ac debui manere in via regia. Ast quid scribam, & quidem ex tempore? Rubrum hujus opellæ respondeat realiter. *De Commendatione* igitur nonnulla composui & quidem speciatim ad *JUS LUBECENSE*. Adspiret Divina clementia conatibus & faveat Lector Benevolus; cui me de meliori nota commendatum esse cupio.

✻ ✻ ✻

TRACTATIO.

§. I.

Solent, ante annos tamen magis & diffusius, quam hodie, disputationum juridicarum autores amplissimam in onomatologia, etymologiam, homonymiam & synonymiam sub se comprehendente, sibi facessere operam. Quis est, qui taxat rem ipsam, quoniam eam Logica & speciatim Hermenevtica & Hevristica, sive Hevrematica exigunt. Synonymorum, quæ grammaticæ dantur rara, fautores nimii, confusionarii & differentiarum specificarum sunt ignari. Homonymiæ sunt veritatum inimicæ & qui facile æquipollentia statuunt, perdunt & sacra & politica. *vid. præter Eristicos, sive Controversistas, LL. Conciliatores, Emendatores, & Criticos speciales, v. gr. Dn. DORN, de jure Synonymorum. FORSTERI, Interpres Juris, in Thesauro Ottoniano, Tom. II. STRUVIUS, SCHROETERUS, PELLERUS de SCHOPPERSHOF, Alt. 1719. HORNIUS, HAHNIUS & alii, valde multi, de interpretatione juris ex professo scriptores, ex quibus adhuc nominare placet, HOHEISELIUM item RITTERI Regulas interpret. jurid. præstant. ex adequatis principiis. Lips. 1746. Quæ æquipollentia eminenter scriptum speciale Pestelianum, Rinth. 1721. & quem non delectat Dn. CLAPROTHI Jurisprud. Hevrematica. Goett. 1762.*

§. II.

Imperatoris igitur monitum: Rerum quidem potior, verborum autem prior habenda est ratio, meretur attentionem. Integer *Titulus ff. de V. S.*, qualis etiam est in altero jure, a quo denominantur *utriusque* probat idem. Ipse ille Legislator de-



definitiones exhibet nominales, utut interdum parum felices. Aequivocationes turbant jus & veritates divinas humanasque Logomachix vexant, *vid. disp. Bergero-Leyse.iana, de Logomachiis in jure, Viteb. 1707. Add. B. LUDOVICI, de grammatica mala. Hal. 1720.* Maneat usus scribendorum, si opus, ante pragmatologiam: Tollatur excessus in claris, absit sola Lexicorum expilatio, quæ curatius absque pædantismo sentientibus displicuit semper.

§. III.

Qua substratum in præsentī, ad unicum *commendationis* vocabulum non quædam annatore. Si tantum scriberem, quod remotis omnibus aliis acceptionibus, sola illa significatio, einer Empfehlung, oder des Recommendirens, sit in themate, merito incusarer, negligentix. Nonnulla igitur proferam, etiam ad primum Benevoli Lectoris intuitum & coeteroquin nubem atque segetem ambientes, anhelantes remitto ad Glossaria & Lexica. Evolvatur primus du FRESNE, qui largus est & amplissimus habetque etiam voces, *commendatia* & *commendisia*.

§. IV.

I. *Recommendare* est latinitatis, nondum inter cultioris atque elegantioris styli amatores acceptæ. Nolo cum Grammaticis gerere bellum, quia tale est minime bellum, putans interrim, quod præpositio inseparabilis *re* inter alia enixius quid denotet & vix possit *Prisciani, Popmæ, Vossii, Heineccii* aliorumque excitare iras. Publicistæ & Feudistæ vateres habent *Recommendatos*, qui & *Affidati* vocantur, quiqve, utut non præcise *Vasalli*, se tamen in alicujus potentioris fidem & tute-



lam concesserunt. Prohibitum habebatur merito, illos, qui Dominis territoriorum inferiores, tales agnoscere atque recipere. RANFREDUS, *Actus, sec. XIII. in Ord. Jud. de Villanis*, ita: *Recommendati dicuntur, qui veniunt sub alienis partibus - - dicit, talis in exemplo: Domine volo esse tuus recommendatus: Serviam in Pascha vel Natali duas gallinas, libram pipris, vel aliquid aliud.*

II. Ex jure Ecclesiastico notæ sunt *Commendæ*, vario in sensu. *In cap. Nemo deinceps, de elect. in 6.* habent affinitatem cum Patronatu. Titulus, *Commendator*, corruptus in *Compter*, unde *Comptereyen*, splendide adhuc superest. *Closter-Verbitter* est character Hofstus nobilis: Procuratura est in chartis. *Legatur COCCEJUS, Senior, de Titulorum & Commendarum convenientia, Francof. 1699.* maxime *J. C. Beckmann, von dem Ritterl. Johanniter-Orden, ed. auct. 1695. cap. IV.* STEPHANI, *de commendis & commendatoribus Vol. II. diff. Jur. publ.* Potest etiam legi BORGASIUS *de Irregularitatibus P. 3. in fine.*

III. In textibus Juris Romani interdum *commendare* significat deponere in amici custodiam. *vid. ex pluribus, l. 24. ff. l. 6. 9. C. de pos. L. 186. ff. de V. S. & tit. de relig. & sumt. fun.* Adhibetur etiam synonymice, unde multa confusio, cum mandare. In re & vocibus aliqva est cognatio. *Commendatarius* in *l. d. 24. ff.* vocatur minister, famulus, &c. Est, inter veteres, Liber JO. FRANC. de CUENEA, *de Commendæ s. depositi instrumento, Cesaraug. 1644.*

IV. Disputabatur, in materia de manamissionibus, an *commendare servum*, haberet effectum dandæ libertatis. Negative rescripserunt Imperatores *l. 12. C. de fideicom. libert.* Applicatio, qua homines proprios, erit in Germania rarior. Moderato statu odium non est tantum, ergo nec favor libertatis

tis



tis adeo extollendus, ut etiam in interpretando vis fiat verbis, sublato jure Patronatus, Orcinisqve Charontinisqve, in multa alia imus. Si quid interea ad all. rescriptum in Codice novimus, naturam rescriptorum, quippe quæ specialia facta supponentia, speciales producunt resolutiones. Id quod in Hermenevtica Jctorum graviter venit notandum, maxime in collisione Inst. ff. & C. Sic enim est doctrinalis regula, quæ &, juxta historiam, facta est legalis; alia exceptio, ex specialissimis soepe circumstantiis.

V. In materia *fideicommissorum*, quæ distingvi solent in *expressa* & *tacita*, multum soepe disputatur inter sectas Jctorum, quorum alii tenent regulam: *In dubio pro fideicommisso*; & alii: *in dubio contra fideicommissum*. Quæ commendationes nempe in testamentis expressis, interdum intra consilia & amoris argumenta habentur, interdum verba dicuntur *enunciativa*, non *dispositiva*. Exemplum omnium exstantissimum est in *textu L. 38. §. 3. ff. de Leg. 3.* Ita enim fiet, sic est in *textu, ut fundus de familia vestra non transeat. vid. BRUNNEM. ad eundem quam largissime.* In eodem ff. libro habentur, *l. ii. verba: cures, ut prædia ad liberos perveniant.* Hæc magis stringere putatur. Pariter multus est BRUNNEM. *Lex dicta ii. §. 2. terse ad meum thema disponit.* Si ita *qui scripserit, illum tibi commendo, Divus Pius rescripsit, fideicommissum non deberi: aliud enim est personam commendare, aliud voluntatem suam fideicommittentis heredibus insnuare.* GOTHOFR. in nota scribit: *Commendo non est verbum precarium.* Addidit allegata; sed fatiſ! *Leg. HEIMBURG. diss. sistens Jur. Comm. & Germ. differentias, in doctrina fideicommissorum. Jen. 1743.* G. L. BOEHMER, *de legatis & fideicom. præstandis, Goett. 1753.* J. H. BOEHMER *de fundam. pact. fam. ad fideic. inclin. Hal. 1736.* A. G. SCHMUCK, *de alienatione rei hered. prohib. quatenus tacitum fideic. inducat. Erl. 1761.*

VI. Soc-

§ ❁ ❁ ❁

VI. Soepe commendare & committere aliquid conjungitur, e. gr. verbis: ich recommendire die committirte Sache. Nostra commendatio Lubecensis semper de tertia persona est accipienda. Mandare & committere fit in re propria. Modo fit & est commendatio, ex sola civilitate & generaliter; alia vice cum emphasi & affectu atque argumentis. Ab hac caveat sibi quilibet. De Jure Germanico, quod facile est, quia impu-
tandas fidejussiones, leg. HANACC. *de fidejuss. imperf. Vit. 1747.* CRELLII *disp. de periculo obligat. alienae sine fidejussione. Vit. 1754.* habemus verba & vocabula cautelarum, e. gr. thun Sie indessen was Ihnen beliebet: unmaßgeblich, unborgreifflich, & similia. Mercatores, de fide habenda ignoto dubitantes, solent interrogare amicum: Ob der Mann gut sey? & accipere nonnunquam, a provido, responsionem: Mir ist er gut, quæ responsio, si non probetur dolus, nil operatur. Duumvirorum, inter Jctos, famigeratissimorum, STRYKII & SCHOEPFERI scripta sunt incidentia; illius, *de civitate nociva. Francof. 1684.* hujus, *de verbis honoris, vulgo von Complimenten. Rostoch. 1709.* Paucis: Caveat sibi commendans a verbis stringentibus, e. gr. thue er das auf mein Wort: ubi cautela, ut alter dixerit: Nun auf sein Wort will ich es thun; ubi, si alter incautus fideat, fidejussio erit conclamata. Tandem multa est virtus in phrasi: Er hat mir sein Wort gegeben. Cordati & prudentis, non alius, arbitrium judicis unicum erit soepe decidendi fundamentum, quoniam & mille problemata absque vivis exemplis parum efficiunt. Legatur omnino SCHOEPFERI *Synops. ff. tit. de Verb. Oblig. a n. 26. ubi leges & DD. MEV. P. 4. Dec. 400.* STRYK. *de Caut. Contr. Sect. 1. c. 3. §. 38. f.*

§. V.

Neutiquam hæc scripta sunt, ea mente, ne dicam arrogancia, ac si primus ego hæc traderem. Placuit texere
filum,

filum, ad proprias lineas, absque plagio, etiam quæ dissertationes, *Carpzovio-Lynckero-Beckianas, de commendatione*, quas, ad statum legendi, in continenti, impetrare nequivi.

§. VI.

Liceat aliquantulum jam tacta, methodo arbitraria, paulatim excolere. En! Commendationis igitur, in sensu nostro, descriptio sit rite concepta, & distinguatur eadem, uti par erat. Est autem nobis *Commendatio, laus alicujus personæ, de qua ambienda & adhibenda, cumque qua tractatus sunt in via, vel de negotio concepto, vel de re quadam.*

Alii ita: *Commendatio est insinuatio personæ l. rei alicui facta.* Bene! in verbis sumus faciles, modo clare & distincte loquamur. Distinctio primario fit, inter *generalem & specialem.* Hæc subdividatur in *simplicem & cum fidejussione conjunctam.* Latissima illa, in *dolosam & bona mente talem,* ferit negotia humana omnia: Addatur & *culposa.* De singulis in sequentibus sparsim nonnulla. Differentia *commendationis, consilii & mandati* est apud DD. decantatissima & desuper aliquid sequetur. *Aliud itaque est, ceu jam in generalibus tactum, commendare rem, aliud factum l. potius faciendum; aliud personam.* De ultima specie præsertim ad textum Lubecensem erit sermo.

§. VII.

Textus concernens, in articulo unico, ita est conceptus, Lib. III. Tit. X. de *mandato consilii*, vom Befehlich, welcher Rathswaise geschieht: Will jemand einem Fremden sein Gut nicht verkaufen, und ein ander stehet dabey, und saget, ihr möget ihm wohl vertrauen, die Bezahlung wird euch wohl. Wird

b

der



Der Verkäufer von dem Käufer nicht bezahlt, so muß derjenige zahlen, welcher den Fremden loben that, dadurch der Verkäufer versühret worden.

Exponam mea cogitata, instar sparsionis florum, ut loquuntur nonnulli scriptores; inter quos etiam est LEYSERUS beatus, in opusculo S. T. *Flores ex Themidos hortis collecti, in Augustanam Confessionem sparsi. Viteb. 1730. Resp. Lib. Bar. Gallo Maxim. a RAKENITZ.* Propius etiam, ad præsentem meam opellam, concinit elegans labor *Jcti Tub. C. F. HARPRECHTI, ed. 1755. f. r. Flores sparsi, ad Jura privata singularia Germanica.* Inter quos tamen habetur nihil ad Jus Lubecense. Et cui non dicta H. GROTH, *Florum sparsio, ad Jus Justinianicum*, cujus editionem novam procuravit Dn. GEBAUER, Hal. 1729. Ut taceam veteres, præter *Thomæ de Thomasettis*, bene fragrantés *Flores Legum*, rec. ultima vice, quantum novi, Colon. 1702. & opus illud anonymum, *f. t. Flores, ex universo Jure, in 43 Centuriis, Norib. 1689.* Sed hoc, pro voluptate, quia de floribus erat sermo, & pace Catonum, qui non sunt hortorum amici, quando non habent multum in reditu, ut distingvunt DD. in materia servitutum.

§. VIII.

Solent, ad Jura singularia scribentes, id quod vehementer placet, circumspicere & de aliis juribus consonantibus esse solliciti. Mihi inter mea negotia, ex tempore non licuit multa legum statutorumque pervestigare corpora. Sufficiat contulisse *Jus Elect. Saxon. de 1661. n. 42. & STATUTA HAMBURGENSIA P. II. Tit. 12. art. 2.* Prius est ita conceptum & juvat commentariolum meum: Wenn einer vorsehlich und wisfentlich eine solche Person, so keine Mittel zu bezahlen, rühmet, und andre Leute ihme, als einem guten Mann zutrauen, und bey



bey dem keine Gefahr sey, durch solch Vorgeben zu einem Anlehn oder sonsten Credit zu geben, beweget, oder verspricht, er wolle verschaffen, daß der Creditor bezahlet werde, oder doch ohne Gefahr seyn solle: So ordnen und setzen wir, daß eine solche Person, um dieser Rede willen, wosfern der Schuldner die Zahlung nicht leisten kan, vor die erborgte Summa oder getraucte Waaren haften und gelten solle. Wenn er aber keine verbindliche Worte gebrauchet, sondern nur entweder eine bloße Intercession für einen eingewendet, oder seinen Fleiß bey der Zahlung anzuwenden versprochen; so mag er auch deswegen *actione mandati*, oder *in factum*, oder auch sonsten beständiglich nicht belanget, noch die Zahlung vor den andern zu leisten angehalten werden. *Conf. CRELLII diff. cit. qvi de verbis generalibus, ad evitandum intercessionis periculum, bene scribit & ita absolvit: Igitur specialis affirmatio, aut dolosa persuasio, duntaxat efficit, ut laudator nominis, vel mandati l. doli l. in factum actione teneatur. Cetera nullius momenti sunt & quasi inania verba negliguntur. Ad talia multa possent referri expressiones familiares, partim ex sola bonitatis præsumptione, e. gr. Er wisse von dem N. nichts wiedriges; partim alia fugitive & provide adhiberi solita, de quibus vid. STRYK. de caut. contr. sect. 1. c. 3. §. 38. f. MEV. P. 4. dec. 400. aliiqve, in doctrina de verborum obligationibus.*

Alterum, *Hamburgense* nimirum, ita loquitur: Würde jemand einen guten Freund, dem andern bittlich commendiren; so soll er dadurch nicht verpflichtet werden. *Exceptiones sunt communes. De Jure Rostochiensis alio loco, cum Deo, differere volo. Quæ illud habet, qva ideam, eines Fremden, de quo infra, pariter ac reliqua valde mihi placent. Anticipo hoc loco practicissima verba novissimi Auctoris, Dn. D. G. S. WIESANDI, qvi, in edito 1762. utili libro f. t. Juristisches Hand-Buch, voce: Recommendation, scribit: Wenn also, zum Exempel, ein Kaufmann, durch des andern Empfehlung bewogen wird,*



wird, einem Fremden, dessen Umstände er gar nicht kenne, zu borgen; so soll der Empfehler in dem Fall für den Empfohlenen, falls derselbe nicht bezahlet, zu bezahlen gehalten seyn.

§. IX.

Laudare aliquid, maxime aliquem, germ. anpreisen, est affine. Capiatur præpositio: an, supponens specialiter quendam, cui. Laudatio enim in ventum, nullam producit obligationem. Res venales licet laudare in genere, non in specie, *L. 43. pr. ff. de contr. emt.* si enim quis in specie ambienti falso laudaverit, datur actio redhibitoria per *L. 38. §. 10. de edil. edict.* nisi manifestum contrarium, tunc enim emtor semetipsum decipit. *vid. L. 14. ff. de edil. edict.*

§. X.

Verborum in civilibus, unde nonnisi obiter de imputatione facti alterius, laudantis nempe factum, factum facientis & post factum. *vid. l. 14. supra alios minores, PUFEND. de O. H. & C. Lib. 1. c. 1. §. 27. circa finem, ibique Commentatores,* inter quos BARBEYRACIUS, quæ nostrum thema, eleganter scribit, juxta versionem latinam *Massonianam: de commendationibus in certis circumstantiis sentiendum.* Approbiren & anpreisen toto differt coelo.

§. XI.

Laus propria, quæ personam, salva allegatione moderata, fordet. Rem suam in genere laudare, in liminibus contractuum, uti jam dictum, licet. Do te alii dicant, propria laus fordet in ore, est in versiculo. Audiatur Apost. Paulus, *2. Corinth.*

rinth. Cap. XI. seq. Duo cum faciunt idem, non est idem. Nemo non benignus sui ipsius est iudex, unde & testimonium in propria causa est nihili.

§. XII.

Semetipsum decipit, qui commendanti & laudanti se minus circumspicere committit. Curia distinguit, inter vitia patentia & latentia. Ad priora de J. Rom. referebatur etiam non præstanda coecitas, *per dict. l. 14.*, quod in Germania, concipiente, die Staat-Blindheit, passim in constitutionibus, von Wandlung der Pferde, mutatum. De hoc puncto plene disserit BEHAIM, in Hof-Fäuscher-Rechte, & in genere eleganter WILDVOGEL in *progr. de stultitia emtoris. Jen. 1709. Conf. CRELLII disp. de laude nuda, §. 2.* ubi, & de personarum laudibus, habet, cum fructu legenda. Placet excerpere sequentia: *Quæ cum ita sint, mirifice decipiuntur Advocati, qui generalia, illa Pastorum, aut aliorum testimonia &c. usque ad verba: Specialissima commendatio laudem veram continet, l. 18. ff. de edil. ed.* Illustrat B. Autor rem memorabili exemplo & vult totus legi. Nr. IV. in rubro habet: *Scripta testimonia, privatorum, plerumque fructu carent. Add. Leyserianum progr. ad illam diff. de laude personarum illaudabilium.*

§. XIII.

Litteræ commendatitiæ prudenter igitur sunt inspicendæ. De earundem virtute jam disseruit CRELL. *l. c. n. 1.* & sunt variæ earundem species. Aliæ dantur a Collegiis, sub fide publica & sacro quasi sub encausto. Cogitetur de jure nominandi a jure præsentandi multum, maxime in Jure Ecclesiastico, diverso. Aliæ sunt vitæ & morum, aliæ eruditionis, quam late ac-



cipio, de quavis aptitudine, Geschicklichkeit. Dantur ejusmodi litteræ emtæ & emendicatæ. Habentur exempla commendatorum, die man wolte gerne loß seyn; cujus rei magnum exemplum est in historia literaria, Sæculi XVII., da nicht lange hernach der Empfohlne dimittiret und zurück geschickt wurde. Erat vir eruditus quidem, sed præterea talis, ut scribebatur, cui ne facies quidem præbenda.

Qua eruditionem & artium peritiam, semetipfos decipiunt, qui explorationes ipsi, si persona præsens, non instituunt, l. specimina haud exigunt. Qua mores, simulationi vel dissimulationi etiam facile detrahitur larva. Res ipsa loquatur.

Qui commendant, faciant idem, cum argumentis, seus sunt litteræ nullius momenti, quoniam & dantur casus pro amicis & vel ipsi commendantes non sunt rerum intelligentes, vel deficit iisdem impartialitas. In specialibus respiciantur commendati ex concione quadam, qualem solam pro specimine eruditionis non nisi ignorantes habent. Dantur enim impressæ Heilige Reden ꝛ. in vasta copia. Qui mensum insumit, & felici memoria atque aliqua corporis eloquentia dotatus, facile ex infimis laudatur subselliis.

§. XIV.

Dantur etiam litteræ commendatitiæ, per cumulum fallorum elicitæ, emendicatæ. Dissimulationes veri interdum & prudentissimos fallunt. Omnium extantissimum exemplum habuerunt nostri majores, in his Terris Mecklenburgicis. Liceat, in gratiam, B.L., qui non est torvus, illud hoc loco referre. Vagabatur, Anno 1614. Homo falsarius, dictus, uti ferebat, *Emanuel Phocas*: venditabat de se, quod esset Palatinus Constantinopolitanus, natus ex stemmate Græco-Imperatorio.

Ve-



Veniebat ille, cum valde multis Magnatum & Rerump. attestatis, ad aulam Meckl. ADOLPHI FRIEDERICI, gl. mem. & en! idem tale impetrabat: Wir, des Durchläuchtigen, Hochgebohrnen Fürsten und Herrn, Herrn Adolph Friederichs, Herzogen zu Meckl. t. t. Cangler und Rätthe (Dux erat absens in longo itinere; unde & interdum scribebatur: des Durchl. • • heimgelassene Rätthe) entbieten allen und jeden Superintendenten, Pastoren, Amptleuten, denen von Adel, Bürgermeistern und Rätthen, auch Oeconomis und Kirchen-Vorstehern, in Städten und aufm Lande, und sonst jedermänniglich, wes Würden, Standes und Wesens die seyn, und Hochgemeltes unsers Gnädigen Fürsten und Herrn Jurisdiction und Bittmäsigkeit unterworfen, unser willigfreundlichen Dienst und gönstigen Gruß und alles Guts, und hiemit zu wissen, welchergestalt Ihro Fürstl. Gnaden, Zeiger dieses, der Wolgeborne Herr Emanuel Phocas, aus altem Griechischen Kayserlichen Stammen, und Palatinus zu Constantinopel, mit höchstbekümmerten Gemüth und glaublichen Schein fürbringen lassen, daß er von dem grausamen Erbfeind christlichen Mahmens, dem Türcken, und dessen tyrannischen Beamten, auf ungleichen Bericht und Angeben, nicht allein in schwere Verhaftung genommen, und mit harter Tortur belegt, sondern auch aller seiner Haab und Güter beraubet, und darüber noch, bey Verlust Leibes und Lebens, von seiner einmahl bekantten christlichen Religion abzustehen, und dargegen die mahometische gotteseferige Superstition anzunehmen gezwungen werden wollen; darein er aber, Gewissens halber, nicht verwilligen wollen, oder können: Endlich aber, auf vielfältige Vorbitt, und daß er mit zehntausend Ungarischen oder Türckischen Ducaten sich zu ranzioniren anheißig worden, der Gefängniß wieder erlassen, mit wehmütiger flehentlichlicher Bitte, weil er für igt berürte Summe, seine Frau Mutter, Brüder und Schwestern bürglich in Haft einstellen müssen; Ihre Fürstl. Gnaden geruheten ihm mit einer milden Beysteuer hülflich zu erscheinen, auch beneben anzuordnen, daß, von den geistlichen



Den Einkünften der Kirchen, ihme etwas verreichet, auch sonst
 von gutherzigen frommen Christen, nach eines jeden Gelegenheit,
 das Almosen freywillig gegeben werden möchte. Wann dann
 aus denen, von ihme, als obstehet, sorgezeigten beglaubten Ur-
 funden, sich befunden, daß die Sachen vorberichteter massen al-
 lenenthalben bewannt, und derowegen billig eine christliche Com-
 passion und Mitleiden mit ihme zu tragen; als haben J. F. G. ih-
 me diß Patent zu ertheilen gnediglich befohlen. Begehren dem-
 nach, an Statt Ihrer J. G. an euch hiemit, für unsre Personen
 freundlich bittende, ihr wollet ihme, nach einer jeden Oeconomie
 und Kirchen Vermögen, mit einer milden Beysteuer zu Hülfe kom-
 men, auch ihr, die Pastores, jeden Orts, eure Zuhörer zu christ-
 licher ergebiger Hülfe und Handbietung, von den Cangeln, mit
 Fleiß ermanen; und darauf ihr, die Burgermeister und Råthe, in
 den Städten, diese Ordnung thun, daß, entweder durch Ausse-
 zung der Becken, für den Kirchthüren, oder durch getreue Bür-
 ger, von Haus zu Haus, eine freywillige Steuer gesammelt und
 alles, was gegeben und beysammen gebracht wird, mehrgedach-
 tem Emanueli Phocz, oder, auf seine Kosten, denjenigen, wel-
 chen er euch benennen wird, der Gebühr eingeliefert werden mö-
 ge. Daran thut ihr ein christliches Gott wolbeliebtes Werk,
 auch J. F. G. zu gnedigen Gefallen, und seind es Dieselben in
 Gnaden zu erkennen, wir auch für unsre Personen, um einen je-
 dern, nach Gebühr gutwillig und freundlich zu vordienen und zu
 verschulden geneigt. Mit Urkundt J. F. G. hieraufgetruckten
 Cansley-*Secret*, geben zu Schwerin, den 1. Novembris,
 Anno 1614.

(L.S.)

Jajo von Tlessen.
 (erat ille Cancellarius.)

Simile dabatur ex Aula Gustrov. subscribente Cancellario
 Coshmanno.

Jam

Jam videatur fatum illius falsarii. Prudentia Nostratum detegebat nequitiam & is condemnebatur ad gladium. Serenissimus dicto Cancellario a Nessa & Consil. de Jasmund committebat revidendam inquisitionem. Datur memoria mandati sequentis, ex originali:

Von Gottes Gnaden, Adolph Friederich,
Herzog zu Mecklenburg.

Unsern gnedigen Gruß zuvor: Erbare und Hochgelahrte Rächte, Liebe getreuwenn. Welchergestalt Wir wieder den vermeinten uff unserm Hause zu Schwerin eingezogenen Graffen procediren lassen, dessen ist euch satzsam Bericht eingekommen; Befehlen euch demnach, daß Ihr euch, mit den andern unsern dazu deputirten Rächten, zusammen thuet, die aufgenommenen Rundschafften mit Vleise durchleset, auch die Sache in reiffer deliberation erweget, und uns euer ausführliches Bedencken darüber zuschieket, wafmassen wir mit ihme hinsüro zu procediren haben. Volbringt darann Unsern gnedigenn Willen und seind euch mit Gnaden gewogenn. Datum Neuestadt den 25. February Anno 615.

Serenissimus p. m. propria manu,

Sequentia, enixam voluntatem testantia, subscripsit: Was Wir sonsten, unsern andern Rächten, von wegen des vermeinten Graffen geschrieben und anbefohlen, daran wollen Wir, daß ihr semplich mitt ob und daran seitt, daß also effectuiret werde.

Adolph Friederich, H. zu Mecklenburg.

Inscriptio hæc est:

Den Erbaren Hochgelahrten Unserm Canzeler, Rächten undt Lieben Getreuwenn Hajoni vonn Nessen undt Hanns Christoff vonn Jasmundt,

c

U-



Ulteriora, quia acta inspicere non datum, leguntur in B. CARPZOVII *Pract. Rer. Crim. P. II. qv. 93.* circa finem, postquam de criminis falsi variis speciebus & poenis largiter actum. Quis vetat, quia opus illustre non ubiqve patet, omnia huc referre verba: *At certe potest esse malitia falsarii tanta & tam atrox falsi delictum, ut mitior poena* (commentatus fuerat, ad verba art. 112. C. C. C. daß der Thäter zum Tode gestraft werden soll) *vix sufficeret. Quale falsum commisit, ante vicennium,* (respicienda prima editio, de 1638.) *homo quidam vagabundus, nomine dissimulato, se Emanuelem Phocam, Palatinum Constantinopolitanum nuncupans & ex familia illustri veterum Imperatorum Græcorum se natum jactans personamqve illustrem, uti talem decet, vestibus splendidis & magno famulitio ac equis representans, qui non modo egregia ac illustri insignia sibi sculpserat & confecerat, sed & Imperatori Romano, falso persuadendo, se a Turcico Imperatore propter Religionem & fidem Christianam in vincula coniectum ac miserrime tractatum; facte autem promissione de solvendis 20000 thaleros (hoc loco palpatur in nov. edit. sphalma) ex iisdem liberatum fuisse, relictis interim obsidibus, matre atqve sororibus suis, mandata & intercessionem bene multas impetraverat, quarum adjumento in plurimorum Principum Imperii aulis & civitatibus ingentem pecunie summam collegerat & emendicaverat eamqve cum famulitio suo postea consumserat, nec non efficit chirographum Secretarii Caesaris Arnoldini imitando aliisve mille modis falsi crimen commiserat. Cui, ob insignem delicti atrocitatem, & reiterationem frequentiore, poenam gladii dicaverunt Scabini, hisce formalibus: Ob nun wol der Gefangene an oberzehlten alten Unrecht und zu viel gethan, so kan doch solch seine Verbrechen für ein furtum nit geachtet, und er mit der Strafe des Strangs gleich andern Dieben belegt werden. Er mag aber gleichwol, wegen solcher seiner begangenen und bekantten Verbrechen, indeme er unterschiedene falsa verübet, Thur- und Fürst-*

sten,

sten, Klöster, Städte und andere Personen, hohen und niedrigen Standes bößlich und vorsehlichen betrogen, und unter dem Schein des Rechts, viel Geldes, so auf etlich 1000. Gulden (Ducaten) erstrecket, als Almosen colligiret und erlanget, welches er hernach liederlicher Weise wiederum verzehret und verthan, und zugleich die Röm. Kayf. May. unsern allergnädigsten Herrn, als er, auf seine falsche narrata, die Kayf. patentia erlanget, bößlich hintergangen, andern, dergleichen leichtfertigen Gesellen und falsariis zum Exempel, jedoch wenn er us seinem gethanen Bekänntniß, vor öffentlichen gehegten peinlichen Hals-Gerichte freywillig verharren, oder des sonst wie recht überwiesen wird, mit dem Schwert, vom Leben zum Tode gestraft werden. B. R. W.

An Herrn Adolph Friederich, Herzogen zu Meckelburg.
M. Dec. 1615. Lipsiæ scilicet.

An aggratiatio clementissima mitigaverit poenam, an vero in terminis executioni data, dubitatur. In veteri charta legitur: Dieser Phocas soll zu Schwertin öffentlich enthauptet seyn. Lector, cui hæc inserta non placent, detrahat oculos. Superest originale amplum votum, dicti Canceilarii, d. d. 20. Martii, 1615. qvo hoc loco incommodi fieri nolumus. Mereretur publicationem, qvia ille Vir intendit relationem ad aulam Imperatoriam, tunc Pragæ degentem, qvia primus omnium Imperator deceptus. Num ex datis, Martii & Decembris, factum idem esse, qveat colligi, actis relinqvimus.

§. XV.

Liceat libero stylo, Logico etiam murmurante, redire, ante florum meorum sparsionem ad nonnulla latiora. Famam recte appellat Horatius malum, qvo non aliud velocius ullum, qvodqve mobilitate viget viresqve acquirir eundo. Qvo-



modo differant fama, rumor & notorium, scite exposuit *Viteb. Dn. Chladenius 1759. diff. de fama §. 1. ex Lynckero* allegans responsum, in quo vocatur die gemeine Rede, ein Geschwäg. *Add. WERNH. Observ. 478. P. 10. Evolv. PESTEL de cauta applicatione doctrine de notorio, Rint. 1720. J. S. STRYKII examen doctrine de notorio. Hal. 1706.* In criminalibus, qva vitam antea-
tam cautus sit iudex, circa attestata, qvia præter jam allata vitia dantium, habetur etiam misericordia intempestiva, de qva ex professo scripsit RHETIUS, *Francof. 1660. add. MÜLLER de eo, quod iustum est, circa misericordiam. Jen. 1679. Leg. MENCKEN, de fama forensi, Viteb. 1732. cum multis aliis, de fama scriptoribus. Detur venia digressioni.*

§. XVI.

Commendationes & consilia non necessitant, ergo nec de jure communi, obligant, nisi fuerint, vel dolosa, vel cum fideiussione conjuncta, vel in delictis. Dantur etiam casus de culpa obligante. *Vid. LEYSERI, Medit. juxta indicem Fenichianum; Item Wernherianæ Obs. juxta indicem Koefelinianum.* De singulis prioribus ad textum etiam culpam non excludentem. Qva delicta, non expectavit doctrina, donec hæc scriberetur dissertatio. Videantur igitur omnes systematici, locis concernentibus. *Vid. Philosophi eminentiores, e. gr. PUFENDORFF, WOLFIUS, aliiqve, de causa morali: Specialissime B. REINHARTH de consilio in criminalibus ejusqve effectu. Erf. 1732. CRAMERI Specimen V. Usus Philos. Wolf. in Jurispr. agit de consilio malo consultori pessimo. Marb. 1740. cujus laboris anno sequenti prodiit germanica versio. VERMEEREN diff. de consilio non obligatorio. Ultraj. 1718.* Habent consilia & laudationes, a priori, essentialem quidem quandam cognationem; Differunt tamen multum, & civiliter & in jure poenali. *Me-*
vi-

viana doctrinā, ad nostrum titulum, multam patitur disputationem, e. gr. n. 5. quod literæ commendatitiæ ad favorem alicujus *scriptæ*, plane non obligant, & n. 7. Quod literæ credentiales nullam obligationem, nec præjudicium inferant. *Vid. all. RULANT, de Commissar. P. 2. Lib. 5. c. 14.* sed longa foret historia & bonus etiam interdum dormitat Homerus. *N. n. seq.* exceptiones quædam *Mevianæ* communes, sunt pragmaticæ, nempe 1) de affirmantibus, tutores esse idoneos, *per l. 4. §. fin. ff. de fidej. & nominat. tut.* Ratio ponitur in favore pupilli & Magistratus, qui alias tenentur in subsidium. Adderem quædam, de obligatione nominandi; id quod 2) permittit Autor, agens, de nominatione ad munera publica, ubi & de commendante substitutum. Res est varix indaginis. Vult pariter legi, alter noster *Mevius*, *Dn. D. STEIN, ad nostrum titulum.*

§. XVII.

Addi solet alia limitatio, si nempe gestor alias facturus non fuisset; provocatur, ad stabiliendam eandem, *ad L. 6. §. 5. it. L. 12. §. 13. ff. mandati.* Sed, est saltus in decisione ex moralibus ad juridica; nisi enim enixiora intervenerint, manet de jure communi regula negativa, & fidens credensque poenas suæ facilitatis luat. Hinc *LAUTERBACHIUS p. 287. f. in Compend. tit. Mandati.* hanc limitationem plane rejicit. *COCCEJUS, in jure controverso, tit. Mandati, qv. 8.* idem referens, pergit: *Sed tot textus ei obstant.* Verba *Lauterbachiana* hæc sunt: *Etiamsi ille consilium sit secutus, illud ipsum alias non fecisset, modo de animo tantum consulendi constet, magis ad voluntatem, quam ad verborum conceptionem respiciendum.* Quilibet palpat hanc limitationem totam fere regulam devorare, scatentes lites generare, & officia humanitatis rarefacere posse; quæ singula graviter evitanda, quoniam, quæ ultimum etiam *Reip. interest*



augeri humanitatis officia, ceu clare demonstravit MÜLLER. in *diff. de dissimulatione mandati. Rost. 1734.* ubi de favore negotiorum gestoris, præ mandatario est sermo.

§. XVIII.

Praxenetarum, dixer Handlung-Mackler, item Unterhändler, jura, quæ laudationes & commendationes exponerem, nisi existerent speciales ordinationes, Mackler-Ordnungen, & tot commentatores *ad tit. ff. de praxeneticis.* Nisi & porro STRACCHA in vastis Tr. desuper operam impendisset specialissimam: Nisi tandem daretur, post plures veteres, LYNCKERI *diff. de praxeneticis. Jen. 1674.* WINCOP. *diff. de praxeneticis mercatorum, Erf. 1703.* Add. SILBERRAD *de sensalibus. Alt. 1717.* B. MEVIUS *ad nostrum tit.* non multum favet hujus rubri viris. Distingvendum tamen mihi videtur, quæ lucrum, inter ordinum & extraordinarium. Quæ Conciliatores Creditorum, dixer Geld-Negotianten, remitto omnia ad Jus commune. Pessima species est illorum de quibus MEVIUS *l. c. n. 20.* scribit: Welche ihren debitorn, bey andern, durch ihre recommendation, Geld loßbringen, damit sie bezahlet werden. Non possunt non incidere praxenetæ sponsaliorum, die Frey-Werber. Sed vid. MÜLLER, *de ambitu connubiali, Jen. 1684. rec. 1733. cum tit. vernaculo,* von Frey-Werbern und Freyers-Männern. *Legatur Cap. IV. th. 7. & omnino C. VI. th. 2.* ubi verba: *Quando praxenetria obtulit alicui feminam, illamque prædicaverit formosam, cum sit deformis; divitem, cum sit inops aqve personæ &c.* Ventilatur itidem, an praxeneta mentiens quæ quantitatem, teneatur ad supplementum. Sed nolo augere paginas. *Evolv. etiam BESOLDI Thesaurus, v. Kupler.*

§. XIX.




§. XIX.

Lubet superiori §. IV. adjicere ex all. HANACCII *diff. §. 14. f.* verba repetitæ lectionis. Sunt eadem, ex rat. Vireb. ad sent. 1746. conceptam: In dubio, dergleichen fidejussion nicht, sondern eine bloße unverfängliche recommendation zu præsumiren, 2c. sunt ea verba particula rationum dubitandi, unde audiuntur paucula ex rationibus decidendi. Hiernächst die fidejussiones, secundum mores Germaniæ, durch bloße pacta inter absentes & per litteras, geschehen können, solchemnach Beklagter wieder die Klage keine gegründete exceptiones anzuführen vermocht: so ist 2c. Caveat sibi quilibet. *Add. §. 18. & §. ult. de vaga fidejussione.* Inspiciatur academicum thema, de differentia Juris Rom. & Germ. in materia de pactis; Nec negligatur lectio singularum opinionum, e.gr. MAESTERTII, *de Justitia LL. Rom. sect. III. §. 1. seq.* ubi statuit, etiam de jure Romano ex pacto nudo datam fuisse actionem. *Leg. BODINI Vindicie patetorum Juris Rom. Hal. 1696.* qui in omnia alia ivit, demonstratum, ut fert rubrum, *nec hodie ex nudo pacto competere actionem.* Cui volupe, legat curiosa, de obligatione Paulina, ex Epist. ad Philem. Sub nominibus, PFAFFII & HEINECCII talia deprehendet.

§. XX.

In genere placet excerpere verba Coccejana, ex *qv. all. Qvi enim ex eo, quod quis rem vel laudibus extollat, vel quod precibus imperret, vel quod aliquem hortetur, vel svadeat alicui, pretextu utilitatis, qvi inquam exinde obligari poterit?* Bona verba qvæso, nam casus variant atqve voces: *extollat, hortetur & pretextu,* fieri possent argumenta contra extollentem, hortantem, svadentem. Jungatur huic excerpto exascia-



ta doctrina, ANT. HERINGII, in *Tr. de fidejussoribus cap. XVIII. a n. 6.* ubi ita scribit ille classicus autor n. 7. *multo minus nuda aut jactabunda commendatio, per se, est aliquod mandatum vel fidejussio.* Allegavit LL. & DD. Perrexit n. 10. *s. quod literæ commendatiæ, ad favorem alicujus, non inducant mandatum & præsumantur potius adalatorie quam dispositiva; quod tamen non ita est accipiendum, quasi alium commendare, vel ad CANDIDAM interrogationem alicujus, effuso sermone, ex nimia alacritate, alterius fidem & facultates temere extollere & prædicare, sit extra periculum.* MEV. n. 40. scribit: *Quocirca tutius unusquisque ab HUFUSMODI (respicit textus singulare) collaudatione abstinere; præsertim inter mercatores &c. Meretur & hic locum versiculos Horatianus, ex Epist. Lib. I.*

*Qualem commendes etiam atque etiam aspice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.*

Addit HERING exemplum Cæsaris Augusti, qui proprios filios non aliter commendavit, quam cum clausula: *Si merebuntur.* Terret Salomon, pietatis tamen & humanitatis officia neutiquam, ut puto, excludens. Terret paroemia rudis: *Bürgen soll man würgen.* Cave tibi a rhythmicis. *Sponde, noxa præsto est,* circumspicientes & benevolos non terrebit. Addo, quod Resp. fidejussionibus nequeat carere.

§. XXI.

Non possum dimittere notionem *mandatoris*, cum *mandante* sæpe confusi. B. HEINECCIUS in *Elem. Inst. ad tit. de fidejuss. §. 873.* notiones eas rite discriminat, & *mandatorem* vocat, in serie fidejussionum, in genere illum, qui obligationem principalem antecedit. Allegat L. 12. §. 14. ff. *mandati, quæ expressam habet mandatoris notionem.* vid. Dn. WURFELII

Ju-

Jurispr. definitiva §. 715. Dn. STEUERNAGEL *in memorab. statut. Lub. & Hamb. axiom. 54.* in nota, mandatarium non accurate exprimit. Textus *all. §. 6. f. de mand.* est adæqvatus: *Quesitum, an mandati teneatur, qui mandavit tibi, ut pecuniam Titio fenerares; sed obtinuit Sabini sententia, obligatorium esse in hoc casu mandatum quia non aliter Titio credidisses, quam si tibi mandatum esset. Conf. l. 6. §. 5. & 32. ff. mand. in priori, ita: Si non facturuss esses, nisi ego mandassem, etsi mea non interfuit, tamen erit mandati actio.* Nota Gothofredina intendit limitationem; sed detur casus & respondebitur. Lex præcedens 2. ad quam provocat Gothofred. arctior est textu Institutionum & Lex posterior 32. dissensum non secundat. Tribus, mandator est debitor unicus, obtinetque actio adversus eundem principalis, scribeturque in libro mercatorio, alio: Herr NN. debet, an das, was NN. auf seine Ordre abgeholt. Si fidejussor foret mandator, etiam mediate accipiens foret pariter considerandus. Caveatur a laqueis! Maneat cuique sua philosophia salva. Legatur omnino MEVIUS, *ad art. substratum, n. 25. f.* Addatur phrasis: Jemanden eine offene Casse machen.

§. XXII.

Jam monet ordo & pagina, ut promissos exporrigam flores. En! Lector benevole! meum calathum, ad numeros:

I. Rubrum Tituli Latinum, quod B. MEVIO, in *Comment.* ad nostrum textum, præeunte, rectius, per *Consilium, mandati vim habens*, exprimeretur, olim non fuit authenticum; solent autem, ab omni ævo Jcti, in suis Commentariis & Compendiis pandectalibus materias, de Commendatione & Consilio, tractare, ceu appendicem *tituli ff. Mandati vel contra. Vid. e. gr. B. SCHOEPFERI Synops. a n. 24. ad 33.* ubi le-



guntur bene pragmatica, per regulas & exceptiones, in summa succincta. Consilium vocat mandatum, mandatarii tantum causa factum & definit porro, quod sit *suggestio illius, quod in re dubia faciendum*. De consilio, in civilibus & licitis, est oratio; qua consilia, in illicitis, videantur alii, inter quos multum est commendabilis, T. J. REINHARTHUS, *ex diss. de consilii in criminalibus effectu, Erf. 1732. Add. REBHAN, de consilio, Arg. 1664.* Absolvit verbis: *Inter mercatores quoque commendatio obligat, CARPZ. P. 2. C. 18. d. f. n. 7. BRÜNNEM. ad l. 12. ff. mandati, n. 6.* Sed de hoc puncto in sequentibus.

II. Qui probationem asserti, nempe quod rubrum latinum olim non fuerit authenticam, desiderat, volvat historiam Juris Lubecensis, quo nomine eleganter faciunt satis, B. HOFFMANN. *differens Francof. 1731. de Juris Lubec. antiquo quodam Codice.* B. AUTOR, qui est CAROCIUS, *venustissimi Opusculi, quod produit Gryphisto. 1714. f. 1. Anleitung, zur Historie des Lübschen Rechts.* Et cui non dicta *diss. Westphaliana, de Orig. & fontibus Juris Lubec. & rel. Rost. 1727. Add. Perill. Dn. de NETTELBLA, nova de fontibus Juris Lub. conjectura, ed. Gryph. 1728*, quam modeste, adversus dissentientes, vindicavit, *in progr. ad diss. inaug. Carnatziannam, de port. conjug. stat. Lub. Gryph. 1738.* Curiosiores respicient bina noviora opuscula, nimirum Dn. HÆBERLIN. *f. t. Venerandum Vetustatis monumentum, sistens Statuta Susatensia latina, sec. 12. in litteras redacta, cum annot. jurid. hist. etymol. Helmst. 1748.* & Dn. EMMINGHAUS, *Commentar. in Jus Susatense antiquiss. Francof. & Lips. 1755.* Primus nominandus Ven. Pater MEVIUS *Operi suo illustri, Comment. nempe in Jus Lub. præter alia prolegomena, præmisit Historiam Juris Lubecensis, in rubro & nigro talem. Legatur, omnino, Ill. Dn. DREYERI, splendida diss. de formula receptionis Jur. Lub. in Civit. Holsatiae, hab. Kilon. 1751.* Veteranus KOLLIUS, in suo ex MSCr. Codicibus, opere, ed. anno 1786, hunc

hunc artic. plane non habet. Erat ille KOLLIIUS J. V. D. & Consul Crempensis, illegue liber dedit occasionem revisioni Juris Lub. eod. anno prodeunti. Notentur verba *Steiniana*: Fügen die Revisores unsers Rechts, auch eine disposition bey. KOLLIIUS non habuit habenda, nam si inspexeris Codicem vetustum, inter illustria *Westphaliana*, Tom. III. a fol. 667. habebis, ex anno 1240, jam hunc art.

III. Rubrum vernaculum, inde notandum venit, in quo Befehlich, welcher Rathswaise geschicht, accipiendum, juxta expressionem superiorem, ubi frequentur, loco jam consveti: ich empfehle mich, dicitur: ich befehle mich. B. LUTHERUS, Auctor classicus, in lingua Germanica, uti eundem, in speciali elegantiori *diff. B. nunc. Dn. Prof. FLOTTWELL. hab. Region. 1743, s. i. Lutherus, ex versione Codicis S. germanica, sermonis auctor classicus*, appellavit, omni loco, ubi de commendatione est substratum, expressit befehlen. E. gr. Befehl, dem Herrn, deine Wege, u. s. w. Seqvuntur eundem multi hymnopoei ecclesiastici notissimi. Quia B. Lutheri stylum germ. legatur, ad dulcedinem, Dn. Prof. REICHARDI Versuch, einer Historie, der deutschen Sprach-Kunst. ed. 1747. S. 5. p. 16. sqq. Conjunctio igitur des Befehlichs (quæ vox a Befehl, mandato superiorum, valde differt) & des Rathsw, haud est inconsulta. Homonymiam vocabuli *mandatum*, sciunt omnes, qui & quæ etymon, a manu, s. potestate, & dare, s. datione se juridice satis intelligunt; Imo & simplex sensus vocis manus est in phrasi, ne altius ascendam, ad divina nempe & gentium, speciatim Germanica, Jura & solemnia, quarundam lingvarum, quoties nempe dicimus vulgo: Er hat mir die Hand darauf gegeben. Conf. B. HEINECC. Elem. Inst. §. 94. 953, ubi ita: Unde olim, data, in amicitie pignus, dextra, mandabant. Sed, in gratiam. Legatur, si non pani lucrando obstat, scripta erudita, CRELLII, de jure manuum, Lips. 1724. WILDVOGEL. de jure manus



dextra, Jen. 1700. WURM. *de manuaria fide*, Giess. 1711. Datur etiam *diff. de Jure manus sinistrae*; sed memoria, in contenti, deficit; Forte vocatur Autor *Helvigijs*. Germanica, ad vocem *Hand*, sunt valde multa, *vid. Lexicographi, Paroemista, Glossariorum Autores & Systematici*. add. Dn. PRÆSIDIS *Lineæ, Operis, de Civitatibus Vandalicis*, occasione nominis, *Hanse-Stadt*; & quæ vocem *Ῥοη* ex *τοηοη*, *Ejusd. Selecta Jurid. Rost. fasc. II. p. 216*. Quod contractus mandati rectius vocetur ein *Auftrag*, quam ein *Befehl*, nemo, credo, negabit. Verum, retrogredi debeo, ex diverticulo, in viam; adjiciens, primum concipientem genus non satis attendisse, ex nostra mente scribendum fuisset, vom *Befehlich*, das *Raths-weise geschicht*; non *welcher*. Sed absit scirpus, & scribo omnia, salvis rectoribus.

IV. Ratio Status, articuli nostri, est in fide & flore commerciali. *Vid. diff. Nettelbladto-Mantzeliana, de præstantia Juris Lub. circa fidem civium augendam, hab. Rost. 1734. §. 20. Conf. Dn. STEINII Abhandl. p. III. §. 215. v. Nach Lübschem Rechte, welches eine Handlung zu befördern und in Sicherheit zu stellen suchet, &c.*

V. Quia allegata *diff. d. l. habet verba*, præterea, mihi inservientia, jungam, salvo ordine eadem in instanti. *Ad*, ita legitur, *interrogationem; alias non vendituri & fidem habituri commendans emturientem, tenetur, ut fidejussor: Notanter scribimus: ad interrogationem, alias non vendituri: Nam ita omnino pariter, ut in coeteris observationibus Mævianis, capiendus erit articulus, ob verba: Will jemand einem Fremden sein Gut nicht verkaufen, &c. τ. λ. Pergitur: tali ratione non multum distans a sensu l. 13. §. 3. de act. emt. Vid. amplissimis, FINCKELTH. Obs. 16. De discursu, in ventum, sive fugitivo, ins wilde Selag; si e. gr. dixerit de absente, aliquis: O! der Mann*

Mann kan genug bezahlen, jam aliquid, circa theses, de laude, est inspersum. Notentur verba textus: ein anderer stehet dabey und saget: Ihr möget es ihme wol vertrauen, die Zahlung wird Euch wol. Ergo omnia impersonalia, e. gr. dem Manne kan man wol trauen, id. nihil operantur. Prouti etiam conjunctiva locutio: Dafür wolte ich wol gut seyn, est vana. Particula: wol, in rextu, longe alius est acuminis. Addo, per vicem corollarii, quod vossitationes, die Jhrzungen, ante annos, & hujus sæculi, fuerint, inter personas elevationis caveæ, absqve injuria creberrimæ. Conf. curialia.

VI. Jura singularia, qvo privilegia etiam referenda, strictè esse accipienda, est de tralatitiis, si scilicet singulare esse non denotat solam quendam differentiam Juris unius, ab altero. Vid. per exempla etiam, B. SIBRANDI *Decades Jurium singularium*, publ. Rost. 1724, §. 1. *Ejusd. Decades Jurium sing. Meclenb. Sect. 1. §. 2. f.* ubi terse docetur, cum COTHMANNO, Vol. 1. *Resp. 84. n. 67.* quod jus singulare sit dispositio, contra juris communis regulas & exorbitans. Germ. dicerem: eine Stelle, des Rechts, darüber man sich gleichsam verwundert, daß dergleichen rechtens sey. Vid. a Sibrando *all. leges & Doctores, maxime l. 16. ff. de LL.* Alias Juris singularis acceptiones, hoc loco, taceo.

VII. Jus Lubecense varia habet singularia, e. gr. qva canonem, a Jure Communi plane recedentem: Hand muß Hand wahren, de qvo legi meretur AMSELII *spec. diff. Regiom. hab. 1698.* Volvantur differentiarum Jur. Comm. Collectores & Interpretes, inter quos, præter, in universonum Commentatores, B. MEVIUM & Celeb. Dn. D. STEIN, eminent MOVIUS & GERDESIUS, f. STYPMANNUS. *Sibrandus*, nostras, ultra primam centuriam non perrexit. De specialibus *vid. all. diff. Nettelbladto-Mantzliana*, item, juxta Biblioth. Westphalianam, l. c. & *Thesaurus Juris Statut. illustr. Germaniæ, qva*

projectum publicatum. Giesse 1755 p. 14. §. 32. Expectat orbis literatus, laborem Celeb. Dn. Lic. BUNEKOW, Labec. cum multo appetitu.

VIII. Inter talia Juris Lubec. singularia est & noster articulus; & quod ad strictam explicationem Jur. Lub. dictam, nuper dissertatio Gryphica ill. Dn. de BALTHASAR, hab. 1763. *de debito, ex mercibus venditis residuo, per novationem, in mutuum gratuitum immutato, Jure prelar. ex Jure Lub. non gaudente. Add. Ejusd. inclyti viri diss. ex anno 1749, de usuris, Jure Lub. in conc. cred. in eadem classe cum sorte integre collocandis, §. 9. ubi verba opusculi fundamentalia: Articulum J. L. v. Cines Jahrs Rente, non loqui de usuris, sed de annuis redditibus, extra controversiæ aleam, in theoria, est positum.*

IX. In specialissimis, urgeo,

a) Voces: einem Fremden; de quibus, anticipando, supra. Ova concives Lub. & alias notos neutiqvam datur applicatio. In loco & vicinia quilibet sibi comparet notitiam emtumentis. Conf. verba Statuti Hamb. *Der ihm gar nicht bekannt. Nosse & nosse posse æquiparo, etiamsi versemur in Civitatibus augustis. Man kan sich in loco bald erkundigen, und die Sache wird niemahls so grosse Eile haben. Vid. tamen MEV. n. 34. & ante de detento, a sui juris maturiori persecutione.*

b) An de meliori scientia, contrarii, absque fidejussione expressiori, queat juramentum deferri? reservamus cathedræ.

c) De sola emtione-venditione est generalis sermo; nec me impediunt verba Steiniana, §. 216. Verkäufer und Verkäufer. Vox: vertrauen, eadem est ipsa illa, ex mixtis vocabulis: creditoren, fidiren. Nec captandum, quod & ex mutuo loquamur,

mur, vom Credit. Vid. Libri mercatorum, continere debentes, utramque paginam, *debet & credit*, ita ut credit significet potissimum solutiones. Sed verba sequentia sunt clara: *Wird der Verkäufer, ic.*

d) Vox *versühret*, supponit ignorantem, ne violetur assertio juris: *Semetipsum decepit. Conf. progr. Wildvogel. de stultitia emtoris, Jen. 1709.* Non igitur dabitur locus addendi: *dadurch* der Verkäufer dolose *versühret* worden. Quæ enim tali casu sunt juris, *conf. precedentia*, ex jure patent communi, quod & in omni Lubeca, in casu proprii lucri faciet & paginam. Tandem verbum: *versühren*, non semper, in ore Germanorum, involvit dolum.

e) Gestus, etiam connexio verborum & historia confiderentur; dantur enim, coeteris paribus, etiam verba ironica. Quatenus desuper detur, locus juramenti delationi, vel alii probationi, videbitur in exemplis. Multa, sane multa, de loquendi formulis, habet arbitrans attendenda. *Vid. MEV. n. 36. f. ubi & de laudante alicujus oeconomiam & mores.* Qui voci *intercessionis* aliquid contrarii ponderis tribuunt, videant, quomodo suam opinionem tueantur. Intercessio in jure est vox foepæ fidejussioni æquipollens. *Vid. Scriptores, sub vocè: Intercessio. e gr. MENCKEN de valida intercess. mulieris, Scto Vellej. renunciantis, Vit. 1725. WOLFHARDT, de intercessione vidue, pro marito mortuo. Rint. 1738.* In nostri Juris Lub. sing. minus juvabit ea captatio. De alia intercessione, pro poenæ obnoxio, nihil hic est sermonis.

f) An inter mercatorem & mercatorem tantum hoc obtineat singulare? affirmatur communiter, ex verbo: *verkauft*; verum liceat mihi dissentire & nomen eines Verkäufers, latius accipere. Mercatoris denominatio arctius significat, *ein*
nen



nen Kauf- und Handelsmann, per *Marquardum, Scacciam* & alios multos; ast quadrat hic articulus, salvis, etiam ad *Verkäufere*, minutatim, inter eos, qui referendi ad artifices & opifices. Nolo autem hæc scripsisse, ut alias vincam; sed maneat cuilibus sua opinio. In genere verum est, etiam per nimias & foep violentas restrictiones peccari. Casus decisi videantur in *Commentario Steiniano*, §. 216.

g) Si quæsitum fuerit, qualis detur actio? respondeo, ex Interpretibus, *tit. ff. de conditione ex Lege*, juxta analogiam; cui actio in factum, mandati, vel alia placet, per nos appellet alia coepas.

h) Exceptiones erunt maxime, per omne Jus Personarum communes, donec, qui perfecti juris, nervos velit incidere ipsi Juri singulari. Conf. totus processus, ex fidejussionibus, ubi de excussione. *Vid.* verba: *Wird der Verkäufer von dem Käufer nicht bezahlt*: divisione, si plures, simul interrogati, simul & uno quasi ore responderint. Placet adjicere allegatum ex *HERINGIO*, *Cap. 28. n. 12. f.* ubi inclinatur, in restrictionem, ad casum doli. Id quod tamen neuiquam admittendum; quia sic cessaret, omnis singularitas & status ratio. Qui consulentem ad juramentum, de errore, etiam ex fama, volunt admittere, nos nunquam habebunt consentientes. Inspiciatur dictus *Heringius*, cum suis spinis & allegatis, veteribus. Sunt tandem, qui de Jure Germ. veteri, omnem in fidejussionibus cessasse exc. excussione putant. Verba: *würde der Verkäufer, von dem Käufer, nicht bezahlt*. Si post solam interpellationem valerent, paterentur idem. Sed nolo implicari, ad quæstionem, de subsidiario Jure Lub. etiam interpretante. Est eadem ardua fatis & specialem tractationem merens. Leg. in exemplo *B. KROHNEN Opus vom Vorrecht der vollen Geburt, ed. Lub. 1746. f. juxta partes & connexa*. In exemplis provocarem ad praxin & judicata.

i) Ver-

i) Verba: *stehet dabey*, non nisi rabulistica captabuntur. Quid si in popina? si enim miserit nuncium, cum quaestione, vel a posteriori dixerit, &c.

k) Processus sit ordinarius, cum omni solemnitate, nisi detur exceptio statutaria, quae e. gr. geringschägige Sachen, &c. Quod venditor cedere debeat actionem, vix est, ut allegem.

l) Autores evolvat quilibet, pro sua voluptate, proque causa, sibi substrata, conditione, generales, speciales & specialissimos. E. gr. *supra* all. CARPZOVIUM. HERINGII *Tr. insignis, de fidejussoribus*, cum fructu legetur, *speciatim* Cap. 18. n. 13. f.

m) Vocem: *thet*, item *thät*, in *that* nos commutasse, in rubro, propitiis etiam editionibus quibusdam, facile inveniet veniam.

n) Ad Nr. 11. adjicio, adhuc, quod titulorum series & inscriptiones germanicae, ante annum 1586. valde variant & quod rubra latina, pauca tamen, potuissent curatius exprimi, romanizantemque spirent. E. gr. *Lib. I. tit. 1. von Burgermeistern und Rathmannen: De Consulibus & Decurionibus*, L. III. tit. XI. *Si quadrupes*.


o) Quis erat ille M. L. cujus curiosum Judicium est in *Kollii, tit. de his qui seipfos occidunt*; an nostri Martini Lutheri? vix crederem.

p) Ti-



p) Tituli Kolliani interdum ita latine & germanice sunt concepti, ut roganda sit venia. E. gr. Tit. 12. de donationibus, von Uebergabe : Tit. 29. de salvo conducto. Detur & meis floribus, maxime flosculis, instar corollariorum sparsis, venia. Hac voce iterum utenti, incidit, ad superius allegatos, *diff. Budero-Carsteniana, s. t. Florum sparsio, ad potiora privilegiorum Lubecensium capita, hab. 1758.* Est sane venustissimum scriptum.

T A N T U M.





PRAENOBILISSIMO DOMINO
DOCTORANDO
BURCHARDO,
FAUTORI ET COGNATO SUO AESTUMATISSIMO,
GRATULATUR,
PRAESES.


Erat, anno 1762, m. Jun. quum ego, ut hospes, Rostochii, Tecum, qui, ante annos, cum laude examinatus eras, cuique praxis feliciter cedebat, obiter, de graduali dissertatione differerem, commendaremque eventuale thema, *de Commendatione, ad Jus Lubecense*. Nihil de hac postea cogitavi causa, donec ante mensem scriberes, Te audivisse, de actu inaugurali, me Decano instituendo simulque offerres interim conscriptam disputationem jacentem. Turbasset fere Tibi Tuos circulos, per oblationem *diff. interim, anno 1762, d. 17. Sept. Helmstadii, Praeside, beato nunc, inchyto JCro, Dn. G. L. MENCKEN, a Dn. VOGELIO, Lub.* qui aliquando & mecum de promotione, per literas egerat, inauguraliter, *sub rubro: de mandato consilii, ad Jus Lub.* defentæ; sed, perlustrans eruditissimum illud opusculum, sentiebam, unicuique, salva substantia, sua manere & vineta non esse incisa; ut taceam duos pluresque, successive, absque ulila plagii nota, de uno eodemque scribere posse, solere, themate. Conferant Benevoli Lectores, si placet, utrumque scriptum &, credo, placebit labor uterque. Omnino placuit, in illa *disp. Vogeliana, p. 38. 43.* notio *mandati qualificati*. Palpabuntur, absque dissensu, diversæ opiniones. Gratulor igitur, Tibi *amicissime Domine BURCHARDE!* de Tuo instituto. Es ille, qui mecum valde multas, in meis Lectionibus, consumsisti horas. Es ille, qui binas, *de providentia publica, circa sylvas & arbores, maxime de Jure Meckl.*
dis-

dissertationes, mecum publice defendisti. Es ille, qui, in examine rigoroso, te præstitisti virum: Es ille, qui solitus est, propria se commendare virtute, der sich selbst, nicht durch viele künstliche Worte, sondern durch löbliche Werke recommendiret. Placuit mihi semper illud: Der ist ein rechter braver Mann, der selbst sich commendiren kan. Conf. dictio: Der hat sich schlecht recommendiret. Es porro ille, qui mei incomparabilis, nunc beati, indelebilis memoriæ, *Domini Collegæ* es filius, vid. meæ epistolæ. Es tandem ille, qui mei suavissimi *Dn. D. BURCHARDI, Senatoris Rost. longe meritissimi, anno 1754*, a me promoti, est Frater, propter fraternam æstumatissimi erga Te etiam officia. Satis! Es & ille, quem ego ad vitæ meæ finem cordicitus diligam, & qui me meosque perpetuo amabit. D.T.O.M. largiatur Tibi omnigenam felicitatem. Ita scribebam, Bützovii, d. 3. Oct. 1763.









✻ ✻ ✻ 19

und andere Personen, hohen und niedrigen
vorsehlichen betrogen, und unter dem
viel Geldes, so auf etlich 1000. Gulden
als Almosen colligiret und erlanget, wel-
cher Weise wiederum verzehret und ver-
Röm. Kayf. May. unsern allergnädigsten
die falsche narrata, die Kayf. patentia erlan-
gen, andern, dergleichen leichtfertigen Ge-
Exempel, jedoch wenn er uf seinem getha-
ffentlichen gehegten peinlichen Hals-Gerich-
oder des sonst wie recht ubertwiesen wird, mit
den zum Tode gestrafft werden. B. R. W.
h Friederich, Herzogen zu Meckelburg.
15. Lipsia scilicet.

clementissima mitigaverit poenam, an
tioni data, dubitatur. In veteri charta
soll zu Schwerin öffentlich enthauptet seyn.
ta non placent, detrahat oculos. Super-
rotum, dicti Canceilarii, d. d. 20. Martii,
ommodi fieri nolumus. Mereretur pu-
Vir intendit relationem ad aulam Impera-
legentem, quia primus omnium Impera-
ex datis, Martii & Decembris, factum
gi, actis relinqvimus.

§. XV.

tylo, Logico etiam murmurante, redire,
parfionem ad nonnulla latiora. Famam
ius malum, quo non aliud velocius ul-
ate viget viresque acqvirit eundo. Quo-
mo-

c 2